



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De osculo: & quòd hinc benevolentia concilietur. cap. xxv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

D. IOANN. DAMASCENI

Iob. 5.



IDI stultum firma radice: & statim maledixi pulchritudini eius. Ignobiles & contempti, indigentes omni bono. Qui etiam arborum radices praे ingente fame mandebant.

Psi. 13. 31.

48.

Prou. 17.

13.

26.

27.

6.

27.

Ecls. 7.

sap. 3.

Ecli. 4.

8.

22.

33.

Sext. in
Sent.

Basil. in
princ.

Prou.

Iustinus.

Euagrinus.

Phil.

Prou. 10.



Perierunt, quia non habebant sapientiam.

Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus. Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Simul insipiens & stultus peribunt.

De ore stulti baculus cötumelie. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? Stultus confessim annunciat iram. Stultus extendit stultitiam.

Via stulti corruptit vias eius: Deum autem accusat cor ipsius.

Os stultorum annunciat mala. Stultus verberibus affectus non sentit.

G Non conducunt stulto deliciae. Non respondeas stulto iuxta stultitiam suam: ne similis ei fias. Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne ubi sapiens esse videatur. Stultis occurrit mors.

Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. Stulti cötumelie appetentes sunt. Impij sensum oderunt. Homo à laqueo peribit.

Vir stultus & iniquus ambulat per vias obliquas. Idem annuit oculo, terit pede, digito loquitur.

In aures stulti nihil dicte: ne prudentes tuos sermones irrideat.

H Sicut sonitus spinarum ardantium sub olla: sic risus stulti. Labia stulti demergunt eum. Stultus stulta loquetur: & cor eius vana cogitabit.

Liuor capiet populum insipientem. Sapientiam & disciplinam qui abiiciunt, infelix est, & vacua spes eius, & sine fructu labores eius.

I Ne subiicias te ipsum homini stulto. Cum fatuus ne habeas consilium.

Qui docet fatuum, quasi qui conglutinat testam. Supra mortuum plora: defecit enim lux: & supra fatuum plora: defecit enim sensu. Luctus mortui septem dies: stulti autem & impij, omnes dies vita ipsius. Cum stulto ne multum loquaris: & cu infensato ne abieris. Ne cum insipientibus ludas. Arenam & salem & maslam ferri facilius est ferre, quam hominem imprudentem.

Modicum plora super mortuum, quia requieuit: stulti autem vita morte grauior est. Præcordia fatui quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogitatus ipsius.

I Fatuuus non est mihi amicus.

Sixt. in
Sent.

Neque apud pisces vox, neque apud stultos virtus querenda est.

Vt qui morbo laborant, medicina & auxilio indigent: sic stulti sapientia opus habent.

Doctrina sana ad durum & cötumacem ac præfractum animum minime ingreditur:

sed tanquam reuerberata, ad seipsum reuertitur.

Vita à ratione auersa dux & gubernator dæmon est.

Malorum nullus diues est, quamvis etiam omnia ea, que vbius terrarum sunt, metalla

adeptus sit: verum stulti omnes pauperes sunt. Quinus stultus in angustia est, vt qui ab auaritia, & ambitione, & voluptatum amore, aliisque id genus vitius opprimatur: que K nullum quidem animum in latitudine degere non sinunt. Nullum homini granius malum stulmalū stulti accidere potest: vt qui peculiares rationis opes, hoc est mentem, amisit. Morbita gry- atque interitus causa est stoliditas. Fieri non potest, vt magna ante parva discantur. uius.

DE HOMINE SIMPLICI, AC MORVM

innocentia prædicto. CAP. XXV.

Iob.

Psal. 36.

67.

83.

Prou. 10.



O MINVS non repellit innocentem.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quia sunt reliquæ homini pacifico. Deus qui habitare facit vnius moris in domo.

Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia.

Qui ambulat simpliciter, ambulat cōfidenter. Quanto tem-

pore

A pore innocentes iustitiae hærebunt, tandiu non confundentur. Qui ambulat recte, timet Dominum. Qui planè cernit misericordiam consequetur. Accepti sunt Domino omnes immaculati in via sua. Benedicta est omnis anima simplex. Vir simplex credit omni verbo. Benigni sunt habitatores terre: & innocentibus relinquuntur in ea. Quia recti habitabunt in ea.

Duplici modo innocentiam intelligimus. Aut enim rationis ope à peccato nos ipsos auer- Basil.
tent, ac per longam animi attentionem, & virtutum studium, velut radicem quandam Homil. in
vitij excidentes, quatenus eo pro rursus caremus, innocentis nomen accipimus: aut rursus in- princip.
nocentia est, nondum collecta mali experientia: cum videlicet plerunque b. iuuenient et ad Prou.
B tem, vel aliquod vitæ institutum, quidam aliqua vitia minime experti sunt. Verbi gratia: Duplex
puer superbiam nescit, dolis & fraudis ignarus est. Sunt rursus, qui, quoniam ruri degunt, genus. Innocentia
mercaturæ veritas & forese conflectiones ignorat. Tales porro innocentes dicimus: no-
quòd animi inductione à vitio remoti sunt, sed quòd nondū virtuosas animi affectiones ip-
sis experiri contigerit. Certa porro simplicis hominis nota in morib. simplicitate posita est.
Simplices atque à dolo alieni mores, animæ arcana facile produnt. In Cantic.

Parum cauta est simplicitas, ac benignitas interdum imbecilla est: minimèque vitium Nat. i. 7.
suscipitur, qui à vitio liber & iunius est. Qui ad vitium minimè propensus est, ne
ad suspicandum quidem proclivis est.

Simplicitas apud Deum in summo pretio est. Calliditas enim, et si in probis, ac diuinæ Cyrill.

C legi consentaneis conatibus probanda est: nunquam tamen inter virtutis suavitates recen-
seri queat.

DE PAUPERATE, AC VITÆ FRV- galitate. CAP. XXVI.

E LIVS est modicum iusto super diuitias peccatorum multas. Psal. 36.
Melius est vocari ad olera cum charitate, quam ad vitulum Pro. 15.
faginatum cum odio. Melior est exigua sumptio cum iu-
stitia, quam multa germina cum iniustitia. Melior est bu-
cella sicca cum gaudio in pace, quam domus plena victimis 17.
cum iurgio. Diuitias & paupertatem ne dederis mihi, sed 30.
tantum victui meo tribue necessaria: ne forte satiates, illiciar
ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus, furer, & pe-
ierem nomen Dei mei. Mel inuenisti: comedere quantum satis est: ne forte satia-
tus euomas illud. Comedere multum mellis non est bonum. 25.
Melior est pugillus unus cum requie, quam duo manipuli cum labore. Ecls. 4.
Vita sibi sufficiens operarij cōdulcabitur: & in ea inuenies thesaurum. Som-
nus sanitatis in homine parco. Ecli. 40. 31.

Nolite possidere aurum, neque argentum, neque æs in zonis vestris, non pe-
ram in via, neque duas tunicas, neque duo calceamenta, nec virg. Mat. 10.

E Dignus est enim operarius mercede sua. Luc. 10.
Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam Act. 4.
eorum quæ possidebat, aliquid suum dicebat esse, sed erant ipsis communia.

Argentum, aut aurum, aut vestem nullius concupisi, sicut ipsi scitis, quia ne-
cessitatibus meis, & eorum, qui mecum erant, ministrauerunt manus istæ. 20.

Ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abun-
dere. In omnibus eruditus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. philip. 4.
Omnia possum in eo qui me confortat Christus.

Contenti præsentibus. Ipse enim dixit, Non te deseram, nec te derelinquam. Heb. 13.

Noli aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum, & frequen-
tes tuas infirmitates. Est autem magnus quantum, pietas cum sufficientia. Nihil 1. Tim. 5. 6.
enim intulimus in mundum: haud dubium, quia nec quicquam auferre possumus.

E